



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xiii. De precariis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

## De precariis.

mutatio, & emphytenticus perpetuus cōtractus continentor. Omnes sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstinento. Pœnas Leoninæ constitutionis timento.

¶. *Si quis presbyterorum.* Si quis itaque presbyterorum, diaconorum, seu defensorum alienati prædium ecclesiæ subscriperit, ni & alienator, & qui recepsit celeri restitutione sibi prospexerit, anathemate feritor. quod inde confectum erit documentum ab initio nullas vires habeto, viribus vacuator. quibusunque personis ecclesiasticis contradicere, & cū fructibus alienata reposcere liceto. cū sufficientia, authoritate ecclesiastica fulciuntur.

¶. *Ad nostram.* Si tamen ecclesia debitorum onere pressa res ei<sup>o</sup> à prælato & capitulo necessitate coactis alienata erit sub onere dissoluendi alicuius debiti, eoque impleto debiti summam breui tēpore emptor ex eius prouentu conlegerit, vt exinde ecclesia enorme dispendium incurrerit: pecunia, quam is pro exoneratione debiti vtilitatē ecclesiæ expenderit, olli redditor. Sic si etiam pro labore percepti fructus eidem satis erunt, res ecclesiæ libera & quieta restitutor.

### De Precariis. Tit. 14.

2. *Deprecariis.*

N E D V M autem ecclesiasticarum rerum alienationes, sed & precariæ quæ inrationabiliiter ab ecclesiarum rectoribus factæ erūt, etiam si ii qui res ecclesiæ sic distribuerint se suosque successores graui pœna obligassint, à successoribus eorum nihilominus ad ius ecclesiæ reuo-

## Lib. III. Tit. XV.& XVI. 110

cantor. Nemo successor antecessoris sui pœna  
obligatus esto.

Precarium quandiu patietur qui concesserit <sup>3. Preca-</sup>  
tamdiu vtendum conceditor. Eius cui conces-<sup>rium.</sup>  
sum siet, non etiam concedentis obitu, aut cum  
ipsum alicui hoc reuocare voléti alienatum erit  
solutor. Per conuentionem huiusmodi res alie-  
na inuito domino ne possidetur. At quæ preca-  
riæ de possessionibus ecclesiarum factæ erūt pro  
voluntate concedentium ne reuocantur.

Hæ autem de quinquennio in quinque-<sup>1. Prece-</sup>  
nium renouantur.

### De Commodo. Tit. 15.

CVM gratia sui tantum quis commodatum <sup>1. Cum</sup>  
accepit, etiam de leuissima colpa tenetor. <sup>gratia.</sup>  
Casus autem fortuitus, ni colpa eius acciderit,  
pactumve interuenerit, aut in mora fuerit, ipsi  
ne imputator. Contra eum nisi post vsum ex-  
pletum cuius gratia res commodata siet com-  
modati ne agitor. Sic homines hominum bene-  
ficio iuuantur, non decipiuntur.

### De Deposito. Tit. 16.

SIC cuius ecclesiæ clericus personæ non eccle-<sup>1. Grauis.</sup>  
się commendatam pecuniam cleperit, rapse-  
rit: aduersus eandem ecclesiam, ni in eius vtilita-  
tem conuorsa siet, ad pecuniam restituundam  
nulla actio esto. in ipsum furem agitor. ipius sub  
questionibus ad rationem ponitor. si oportebit,